circulus $\delta\beta\gamma\varepsilon$ in sphæræ superficie describitur, & lucidū P, est extra circuli peripheriam, quæq. ab eo procedit recta per centrum (videlicet P ⊙ A) est ad planum orthogona. Necessariò ergo ejus circuli umbra, quæ in puncta d.b.c.e. incidit, circularis est, & perfectè rotūda. Ergo ut se habent A.b. ad A.e. Ita A.d. ad A.c. & cōtra, id est, ut tangens semibasis veræ ad tangentem semiaggregati crurū, ita tangens semidifferentiæ crurum ad tangentem semibasis alternæ: & per consequens, differentialis semibasis veræ, subductus ex summa differentialium semiaggregati, & semidifferentiæ crurum, æquatur differentiali semibasis alternæ, quæ demonstranda suscepimus.

7. *Unde trianguli Sphærici datis tribus lateribus, habetur triplici modo angulorum quivis.*

8. *Primus modus est, ut latus quodvis (præcipuè quadranti proximum) pro basi statuas. Inde semidifferentiam crurum, & ad semibasim addas, & à semibasi subtrahas: producti & residui Logarithmos addas, hinc auferas aggregatum ex Logarithmis crurum, reliqui bipartiti Logarithmi arcum duplices, & proveniet angulus verticalis, atque ita cæteri.*

Vt trianguli P Z S repetiti, dentur latera P Z 34 gr. & Z S 47 gr. & S P 69 gr. Quærantur anguli, primóque quadranti proximus P Z S angulus, quem S P 69 (latus scilicet quadranti proximum) subtendit. Hoc itaque S P 69 pro basi statuatur. Inde semi-differentiam crurum P Z, & Z S, videlicet 6. 30. Et adde ad semibasim 34. 30. fientque 41 aggregatum: & subtrahe ab ea, fientque 28. residuum. Logarithmos graduum 41, scilicet 4215044, & graduum 28, scilicet 7561472 adde, fient 11776516. Similiter crurum P. Z. 34, & Z S. 47. Logarithmos 5872606, & 3128580 adde, fientq. 8941186. quibus ex 11776516 ablatis, fient 2835330: cujus dimidio Logar. 1417665. respondentem arcum, videlicet 60. 1′. 24″½ duplica, provenient 120. 24′. 49″. angulus verticalis P. Z. *S.* quæsitus. Nec secus angulos reliquos, si libet, invenire poteris: facilius tamen per 9. cap. 5. hujus innotescent, quia per 2. sentent. cap. 3. sunt certæ speciei.



Secundus

9. *Secundus modus est, ut latere quovis (præcipuè quadranti proximo) pro basi statuto, Semi-basim & ad semi-aggregatum crurum addas, & ab eodem subtrahas: producti & residui Logarithmos addas, & hinc auferas aggregatum ex logarithmis crurū, reliqui bipartiti antilogarithmi arcum duplices, & proveniet inde angulus verticalis: atque ita cæteri.*

Vt ejusdem trianguli P.Z.S. (constituti ut in præmissa) semibasim 34. 30. & ad semiaggregatum crurum 40. 30. adde, fientque 75. & ab eodem subtrahe, fientque 6, quorum 75. & 6 graduum logarithmos 346683, & 22582951 adde, fientque 22929634. Hinc aufer aggregatum ex Logarithmis crurum, quod (ut supra) est 8941186, fientque 13988448. Quæ bipartire, fient inde 6994224 antilogarithmus conveniens arcui 60. 1′. 24″½. cujus duplum 120. 24′. 49″. est (ut supra) quæsitus angulus P Z *S* verticalis. Cæteros licet etiam hoc modo, facilius tamen per 9. cap. 5. hujus invenies angulos. Sunt enim per 2. sentent. cap. 3. notæ speciei.

10. *Tertius modus est, ut latere quovis pro basi posito, differentialem semi-aggregati crurum ad differentialem semi-differentiæ crurum addas, & à producto auferas differentialem semi-basis veræ, & proveniet inde differentialis semi-basis alternæ: quarum semi-basium summa est casus major, & differentia casus minor, duo distinguentes rectangula, quæ & suas, & ipsius oblati trianguli partes omnes (per nonam cap. 4. & octavam cap. 5. hujus) notas reddunt.*

Vt propositi trianguli P. Z. S. datis lateribus ut supra, quærantur anguli apud basim Z P *S*. & Z S P. Semi-aggregatum crurum P Z. & Z S. est 40. 30. Semidifferentia crurum est 6. 30. Illius differentialis est 1577296, hujus verò est 21721209. Quos adde, fient 23298505. Hinc aufer semibasis veræ 34. 30. differentialem 3750122, remanent 19548383, differentialis 8.′3.″1. pro semibasi alterna. adde ergo semibases 34. 30. & 8.′3.″1. fient inde 42. 3′. 3″1. pro majore casu M S. & subtrahe 8.′3.″1. à 34. 30. relinquentur 26. 2′. 2″9. pro minore casu P M. horū itaque casuum officio ha-